

Band VIII., Nr. 3267, Seite 409

*Der Edle Swigger von Blankenstein beurkundet eine Entscheidung über
Güter in Zazenhausen.*

Mühlhausen, 1283. August 9.

Nos Swiggerus de Blankenstain titulo nobilium ascriptus veritati testimonium perhibentes notitie singulorum intimamus, quod Ber. dictus Rephere duo iugera agrorum sita apud Zazenhusen, item tria iugera agrorum sita in monte dicto Kirchberc, item unum iuger situm in fundo dicto Salhain vel paulo minus hospitali infirmorum domus in Ezzelingen pro novem libris Hallensis monete titulo pure vendidit emptionis, quam utique rem venditam dictum hospitale per bigennium et amplius quiete libere et pacifice possidebat. Demum Cuno frater venditoris predicti dicens sua interesse provisores hospitalis memorati super rebus venditis petitorio convenit. Cognitis itaque meritis cause seu questionis predicte per nos. qui sumus ipsius rei vendite advocatus, et per alios bone fidei mediatores exstitit legitime diffinitum, quod Cuno predictus usque festum Michahelis anni domini MCCLXXXIII. dimidiam partem pretii per fratrem suum antedictum ab hospitali memorato recepti, residuam vero eiusdem pretii partem usque festum beati Georii festum Michahelis inmediate subsequens predictum persolvere non postponat, si rem ipsam recuperare nitatur. Alioquin extunc omni iure in premissis sibi qualitercunque competenti se acceptavit fore destitutum. In cuius rei testimonium literas presentes sigillo nostro fecimus communiri.

 Datum apud Mulhusen, V. idus Augusti, anno predicto.

Nach dem Original.

 Abhängend schildförmiges Siegel, c. 45 : 38 mm.,
nach rechts schrägsteigender Keil; Umschrift: + . S . SWIGERI . DE . BLANGEN

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 236

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 69, Nr. 185.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mühlhausen

Ortsindex:

Dapfen : Gomadingen RT
 Dapfen Wohnplatz (15849)
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Mühlhausen Wohnplatz (36)
 Mühlhausen, Stuttgart, S
 Zazenhausen Wohnplatz (67)
 Zazenhausen, Stuttgart, S